



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio III. De fide quantum ad ipsum habitum fidei, & quantum ad ipsam fidem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

De ipsa fidei uirtute, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerādū de ipsa fidei uirtute.

- ¶ Et primò quidem de ipsa fide.
 - ¶ Secundo, de habitibus fidei.
 - ¶ Tertio, De causa fidei.
 - ¶ Quarto, De effectibus eius.
- ET CIRCA primum quærentur octo:
- ¶ Primo, Quid sit fides.
 - ¶ Secundo, In qua vi animæ sit, sicut in subiecto.
 - ¶ Tertio, Vtrum forma eius sit charitas.
 - ¶ Quarto, Vtrum eadem numero sit fides forma, & informis.
 - ¶ Quinto, Vtrum fides sit uirtus.
 - ¶ Sexto, Vtrum sit unauirtus.
 - ¶ Septimò, De ordine eius ad alias uirtutes.
 - ¶ Octauò, De comparatione certitudinis eius ad certitudinem uirtutum intellectualium.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum hæc sit competens fidei definitio. Fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur qd sit incòpetens fidei definitio, quam Apostolus ponit ad Hebr. ii. dicens: Fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium. Nulla enim quæ sit substantia: sed fides est qualitas, cū sit uirtus theologica, ut supra dictum est, ergo non est substantia.

¶ 2 Præter. Diuersarū uirtutū diuersa sunt obiecta: sed res speranda est obiectum spei, non ergo dēt poni in diffinitione fidei, tanquam eius obiectū.

¶ 3 Præter. Fides magis perficitur per charitatem, q̄ per sp̄: quia charitas est forma fidei, ut infra patebit. magis ergo poni debuit in diffinitione fidei res diligenda, quam res speranda.

¶ 4 Præter. Idem non debet poni in diuersis generibus: sed substantia, & argumentum sunt diuersa genera non subalternata posita. ergo inconuenienter fides dicitur esse substantia, & argumentum. Inconuenienter ergo describitur fides.

¶ 5 Præter. Per argumentum ueritas manifestatur ei, ad quod inducitur argumentum: sed illud dicitur esse apprensus, cuius ueritas est manifestata, ergo videtur oppositum implicari in hoc, quod dicitur argumentum non apparentium, quia argumentum facit rem prius non apparentem, postea appareat: ergo male dicitur, Rerum non apparentium. Inconuenienter ergo describitur fides.

IN CONTRARIVM sufficit autoritas Apostoli. **R**ESPOND. Dicendum, qd licet quidam dicant p̄dicta Apostoli uerba non esse fidei diffinitionē, quæ diffinitio indicat rei quidditatē, & essentia, ut hęc 7. Metaph. tū si quis recte consideret, oīa, ex quibus fides p̄t diffiniri, in p̄dicta descriptione t̄guntur, licet uerba non ordinētur sub forma diffinitionis: sicut et apud philosophos prætermissa syllogistica forma, syllogismorum principia tanguntur. Ad cuius euidentiam considerandum est, qd cum habitus cognoscantur per actus, & actus per obiecta, fides cum sit habitus quidā, dēt diffiniri p̄ propriū actū in comparatione ad propriū obiectū. Actus autem fidei est credere, sicut supra dictum est, qui actus est intellectus determinati ad unum ex imperio uoluntatis. Sic ergo actus fidei habet

A ordinem & ad obiectum uoluntatis, quod est bonum, & finis: & ad obiectum intellectus quod est uerum. Et quia fides, cum sit uirtus theologica, sicut supra dictum est, habet idem pro obiecto, & fine, necesse est, qd obiectum fidei, & finis proportionabiliter sibi correspondent. ¶ Dicitur est autē supra, quod ueritas prima est obiectū fidei, secundū quod ipsa est non uisa, & ea quibus propter ipsam inhaeretur: & secundum hoc oportet, quod ipsa ueritas prima se habeat ad actum fidei per modū finis secundum rōnē rei non uisæ, quod pertinet ad rōnem rei separatā, secundū illud Apostoli ad Ro. 8. Quod nō uidemus, speramus. Veritatē n. uidere, est ipsam habere: nō autē sperat aliquis id quod iam hēt: sed spes est de hoc, qd nō habetur, ut supra dictū est. Sic ergo habitudo act⁹ fidei ad finē, qui est obiectū uoluntatis, significatur in hoc, qd dicitur. Fides est substantia rerum sperandarum. Substantia n. solet dici prima inchoatio cuiuscun que rei, & maxime quando tota res sequens continet uirtute in primo principio, puta, si dicamus, qd prima principia indemonstrabilia sunt subiecta scientiæ, quia. s̄. primum, qd in nobis est de sciētia, sunt huiusmodi principia, & i eius uirtute cōtinetur tota scientia. Per hunc ergo modum dicitur fides esse substantia rerum sperandarum, quia. s̄. prima inchoatio rerū sperandarum in nobis est per assensum fidei, quæ uirtute continet omnes res sperandas. In hoc enim speramus beatificari, qd uidebimus aperta uisione ueritatem, cui per fidē adhaeremus, ut patet per ea, quæ supra de felicitate dicta sunt. Habitudo autē actus fidei ad obiectum intellectus, s̄. m. qd est obiectū fidei, designatur in hoc, qd dicitur argumentum non apparentium, & sumitur argumentum pro argumenti effectu: per argumentum n. intellectus inducitur ad inhaerendū alicui uero. Vnde ipsa firma adhesio intellectus ad ueritatē fidei nō apparentē, uocatur hic argumentum. Vnde alia litera habet conuictio, quia. s̄. per autoritatem diuinam intellectus credētis cōuincitur ad assentiendū his, quæ non uidet. Si quis ergo in formā diffinitionis, huiusmodi uerba reducere uelit, potest dicere, quod fides est habitus mētis, qui inchoatur uita æterna in nobis, faciēs intellectū assentire nō apparentibus: per hoc n. fides ab oīb⁹ aliis distinguitur, qd ad intellectū pertinet. Per hoc n. quod dī, Argumentū, distinguitur fides ab opinione, suspitōe, & dubitatione, per qd nō est prima adhesio intellectus firma ad aliqd. Per hoc autē, qd dī, Non apparentiū, distinguitur fides a scientia, & intellectu, per quæ aliquid sit apprensus. Per hoc autē qd dicitur, Substantia sperandarum rerum, distinguitur uirtus fidei a fide communiter sūpta, qd nō ordinatur ad beatitudinem speratam. Oēs autem alię diffinitiones, quæcun que de fide dant, explicitiones sunt huius, quam Apostol⁹ ponit. Quod n. dicit Aug. * Fides est uirtus, quæ creditur quæ nō uidentur, & qd dicit Damas. qd fides est non inq̄situs consensus: & alii dicūt, qd fides est certitudo animi qdā de absentib. supra opinionem, & infra sciētiā, idē est ei qd Apostolus dicit, Argumentū nō apparentium. Quod uero Dion. ¶ dicit 7. c. de diu. no. qd fides est manēs credentiū fundamētū, collo cās eos in ueritate, & in ipsis ueritatē ostēdēs, idē est ei, quod dicitur, Substantia rerum sperandarū.

AD PRIMVM ergo dicēdum, quod substantia non sumitur hic secundum qd est genus generalis simū cōtra alia genera diuisū, sed s̄. m. qd in quolibet genere iuenitur qdā similitudo substantiæ, put

In argu. hu ius. art. Et p. q. 8. c. 2. f. 7. q. 4. art. 1. c. 4.

p. 2. q. 67. art. 4.

p. 2. q. 4. art. 5.

Augu. trad. 40. in Ioh. 2. med. to. 9. Et lib. 2. q. euā. 939. to. 4. ¶ Dam. lib. 4. c. 12. ¶ Dion. ca. 7. de di. nou. declinando ad fi.

licet

Secundum ipsum, & ueritatem, quod fides est habitus altior practico, & speculatio prehabens eminenter utrumque, sicut sensus communis respectu sensuum propriorum, & propterea utrumque opus habet sed loquedo ut plures, & comparado ad hoc duo, sub speculatio comprehenditur. Hac autem esse mentem auctoris patet, si ex eo, quod i theologia sciencia, qua uirtualiter continetur in propriis, quorum est fides, est huiusmodi, ut i primo libro ostensum est: tum ex eo, quod doctina spiritus sancti, quae ex fide emanat, sunt huiusmodi, ut infra patebit. Esse autem hanc doctrinam secundum ueritatem, eminentia diuinae cognitionis, cuius fides est im-

preffio proprii ordinis, manifestat, ut de theologia dictum fuit.

¶ *Super Quest. quarta articulum primum.*

In titulo articuli quarti eiusdem questionis quartae, agitur, quod si termini in unaqueque arte intelligendi sunt secundum subiecta materiam illius artis. Unde cum in moralibus, de quibus tractatur, una uirtus dicatur forma alterius, non eo modo dicitur quomodo in naturalibus forma dicitur informare materiam. Non enim propterea hoc dicitur, aut queritur, quasi una uirtus sit subiectum alterius, aut actus uirtutis unus sit subiectum actus alterius: sed ad imperium unius super actum alterius sermo refertur. Quod enim naturalibus alteri imperat, ad finem ipsius imperantis illud dicitur, ac per hoc dupliciter actum imperatum in forma, ut in licet dicitur. Primo, dando illi finem, unde specificatur: secundum, dando illi modum, quo conuenienter ad illum finem congruat. Qui enim similis ligna propter donum, aut nauim faciendam, aliam speciem, & alium modum sciscionis dat, quam qui scindit ea ad comburendum. Quia ergo tam finis, quam

concupiscibili. Credere autem immediate est actus intellectus, quae obiectum huius actus est uerum, quod proprie pertinet ad intellectum, & ideo necesse est, quod fides, quae est proprium principium huius actus, sit in intellectu sicut in subiecto.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Augustinus fidem accipit pro actu fidei, qui dicitur consistere in credentium uoluntate, in quantum ex imperio uoluntatis intellectus credibilis assentit.

AD SECUNDVM Dicendum, quod non solum oportet uoluntatem esse promptam ad obediendum, sed etiam intellectum esse bene dispositum ad sequendum imperium uoluntatis: sicut oportet concupiscibile esse bene dispositum ad sequendum imperium rationis. & ideo non solum oportet esse habitum uirtutis in uoluntate imperante, sed et in intellectu assentiente.

AD TERTIVM Dicendum, quod fides est in intellectu speculatiuo sicut in subiecto, ut manifeste patet ex fidei obiecto: sed quia ueritas prima, quae est fidei obiectum, est finis omnium desideriorum, & actionum nostrarum, ut patet per Augustinum in i. de Trinitate, inde est, quod per dilectionem operatur sicut etiam intellectus speculatiuus ex tensione fit practicus, ut dicitur in 3. de anima.

ARTICVLVS III.

Utrum charitas sit forma fidei.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod charitas, non sit forma fidei. Vnum quodque enim sortitur speciem per suam formam. eorum ergo, quae ex opposito diuiduntur, sicut diuerse species unius generis, unum non potest esse forma alterius: sed fides, & charitas diuiduntur ex opposito. primo ad Corinthios. sicut diuerse species uirtutis: ergo charitas non potest esse forma fidei.

¶ 2 Præ. Forma, & id cuius est forma, sunt in eodem, quia ex his fit unum simpliciter: sed fides est in intellectu, charitas autem in uoluntate: ergo charitas non est forma fidei.

¶ 3 Præ. Forma est principium rei: sed principium credendi ex

modus datus ab imperante informat actum imperatum, ideo uirtus imperans, forma dicitur uirtutis imperate. Et iuxta hunc sensum queritur, an fidei forma sit charitas.

In responsione ad secundum in eodem articulo, aduerte quod si comparatio fiat uirtutis ad uirtutem, aut actum, aut actus ad actum, extrinseca inueniuntur, quonia hæc in uoluntate, illa in intellectu. Sed si comparatio fiat actus imperati ad modum, quem ab imperante suscipit, sic inuenitur intrinseca, eo tamen modo, quo modus actionis est in ipsa actione, ut modus eius. Et similiter si comparatio fiat actus ad speciem denominationem, quam ab extrinseco obiecto uirtutis imperantis habet, intrinseca inuenitur, eo tamen modo, quo denominatiua relatio ab extrinseco, dici potest intrinseca. Auctor autem, quia uirtute uirtuti comparat, optime dicit eam esse formam extrinsecam uirtutis, & actus eiusdem.

SED CONTRA est, quod uinum quodque operatur per suam formam: fides autem per dilectionem operatur: ergo dilectio charitatis est fidei forma.

RESPONDEO. Dicendum, quod sicut ex superioribus patet, actus uoluntarij speciem recipiunt a fine, qui est uoluntatis obiectum: id autem a quo aliquid speciem sortitur, se habet ad modum formae in rebus naturalibus. Et ideo cuiuslibet actus uoluntarij forma quodammodo est finis, ad quem ordinatur, tum quia ex ipso recipit formam: tum etiam quia modus actionis oportet quod respondeat proportionabiliter fini. Manifestum est autem ex prædictis, quod actus fidei ordinatur ad obiectum uoluntatis, quod est bonum, sicut ad finem. Hoc autem bonum quod est finis fidei, scilicet bonum diuinum, est proprium obiectum charitatis: & ideo charitas dicitur forma fidei, in quantum per charitatem actus fidei perficitur, & formatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod charitas dicitur esse forma fidei, in quantum informat actum ipsius. Nihil autem prohibet unum actum a diuersis habitibus informari, & secundum hoc ad diuersas species reduci ordine quodam, ut supra dictum est, cum de actibus humanis in communi ageretur.

AD SECUNDVM Dicendum, quod obiectio illa procedit de forma intrinseca. Sic autem charitas non est forma fidei, sed prout informat actum eius, ut supra dictum est.

AD TERTIVM Dicendum, quod etiam ipsa obedientia, & similiter spes, & quaecumque alia uirtus potest præcedere actum fidei rationabiliter formatum a charitate, sicut infra patebit: & ideo ipsa charitas ponitur forma fidei.

ARTICVLVS IIII.

Utrum fides informis possit fieri formata, uel econuerso.

AD QUARTVM sic proceditur. Videtur quod fides in-

IN titulo articuli quarti terminos ex præcedenti articulo declaratos habes. Fides enim formata significat fidem a charitate actam: fides uero informis significat

1. 2. q. 1. ar. 9. & q. 18. ar. 6.

Ar. 1. huius q. 2. ar. 1.

D. 307.

1. 2. q. 2. ar. 6. & q. 9. & q. 56. ar. 1.

In cor. ar.

¶ Super quest. quarta articulum quartum.

q. di. 2. q. 7. ar. 4. & 4. di. 17. q. 3. ar. 1. q. 3. corp. & neri. q. 14. ar. 7. & ad Rom. 1. le. 6.

significat fidem, quae est in existentibus extra charitatem. Et est sermo de fide una & eadem numeraliter, an ipsa & fiat de informi formata, cum Christianus penitens affectu charitatem: & de formata informis, cum existens in charitate labitur in peccatum mortale, furti, uel homicidij, manens fidelis.

In corpore eiusdem articuli, dubium occurrit circa illud dictum, Id quod pertinet ad uoluntatem, non per se pertinet ad fidem. Hoc enim contradicit doctrinae superius traditae. Subiectum namque per se ipsius fidei per se pertinet ad fidem, ita quod uariatur ipsam, ut patet inductiue de omnibus per se subiectis uirtutum, & habituum: sed intellectus non absolute, sed motus a uoluntate est per se subiectum fidei, ut praedictum est. ergo id quod pertinet ad uoluntatem, scilicet ipsa motio a uoluntate, pertinet per se ad fidem, ita quod uariatur ipsam, ut patet in corruptio-nis. Si enim ab intellectu auferas ly, motus a uoluntate, impossibile est, quod remaneat fides, nisi ex quo. Rur ergo ratio litera super dicta propositione fundata.

Ad hoc dicitur, Ad uoluntatem aliquid potest pertinere dupliciter. Primo, secundum substantiam: secundo secundum perfectionem. Id quod pertinet ad uoluntatem secundum ipsius uoluntatis substantiam, est actus eius: & de hoc dictum fuit, quod per se pertinet ad subiectum fidei: & conceditur, quod uariatur fidem, ut arguendo tangitur. Id uero quod pertinet ad perfectionem uoluntatis, est bonitas, laudabilitas &c. actus. Hoc enim fit per habitum charitatis in proposito. Et de hoc dicitur hic, quod non per se spectat

formis non fiat formata, nec e converso, quia ut dicitur 1. ad Corin. 13. cum uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est: sed fides informis imperfecta est respectu formatae. ergo adueniente fide formata, fides informis excludit, ut non sit unus habitus numero.

2. Praet. Illud quod est mortuum, non fit uiuum: sed fides informis est mortua, secundum illud Iaco. 2. Fides sine operibus mortua est: ergo fides informis non potest fieri formata.

3. Preter. Gratia Dei adueniens non habet minorem effectum in homine fidei, quam infideli: sed adueniens homini infideli, causat in eo habitum fidei: ergo etiam adueniens fidei, qui habet prius habitum fidei informis, causat in eo alium habitum fidei.

4. Preterea. Sicut Boet. dicit, Accidentia alterari non possunt: sed fides est quoddam accidens. ergo non potest eadem fides quadoque esse formata, & quandoque informis.

SED CONTRA est, quod Iaco. 2. super illud, Fides sine operibus mortua est, dicitur * gl. quibus reuiuiscit. ergo fides, quae erat prius mortua, & informis, fit formata, & uiuens.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc fuerunt diuersae opinioniones. Quidam enim dixerunt, quod alius est habitus fidei formatae, & informis: sed adueniente fide formata, tollitur fides informis. Et similiter, homine post fidem formatam peccante mortaliter, succedit alius habitus fidei informis a Deo infusus. Sed hoc non uidetur esse conueniens, quod gratia adueniens homini, aliquid Dei donum excludat: neque etiam, quod aliquod Dei donum homini infundatur propter peccatum mortale. Et ideo alii dixerunt, quod sunt quidam diuersi habitus fidei formatae, & informis: sed tamen adueniente fide formata, non tollitur habitus fidei informis, sed simul manet in eodem cum habitu fidei formatae. Sed hoc etiam esse inconueniens, quod habitus fidei informis in habente fidem formatam, remaneat otiosus. Et ideo aliter dicendum, quod idem est habitus fidei formatae, & informis. Cuius ratio est, quia habitus diuersificat secundum illud, quod per se ad habitum pertinet. Cum autem fides sit perfectio intellectus, illud per se ad fidem pertinet, quod pertinet ad intellectum. Quod autem pertinet ad uoluntatem, non per se pertinet ad fi-

dem, ita quod per hoc fidei habitus possit diuersificari. Diffinitio autem fidei formatae, & informis est secundum id quod pertinet ad uoluntatem, id est, secundum charitatem: non autem secundum illud, quod pertinet ad intellectum. Unde fides formata, & informis, non sunt diuersi habitus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod uerbum Apostoli est intelligendum, quando imperfectio est de ratione imperfecti. Tunc non oportet, quod adueniente perfectione, imperfectio excludatur: sicut adueniente aperta uisione excluditur fides, de cuius ratione est, ut sit non apparentium: sed quando imperfectio non est de ratione rei imperfecte, tunc illud numero idem quod erat imperfectum, fit perfectum, sicut pueritia non est de ratione hominis: & ideo idem numero qui erat puer, fit uir. Informatas autem fidei non est de ratione rei perfectae, sed per accidens se habet ad ipsam ut dictum est. Unde ipsamet fides informis fit formata.

AD SECUNDUM dicendum, quod illud quod facit uitam animalis, est de ratione ipsius: quia est forma essentialis eius, scilicet anima. Et ideo mortuum fieri uiuum non potest, sed alia specie est, quod est mortuum, & quod est uiuum: sed id quod facit fidem esse formatam, uel uiuam, non est de essentialitate fidei: & ideo non est simile.

AD ILLUD dicendum, quod gratia facit fidem non solum quando fides de nouo incipit esse in homine, sed etiam quando fides durat. Dicitur enim supra, quod Deus operatur iustificationem hominis, sicut Sol semper operatur illuminationem aeris. Unde gratia non minus facit adueniens fidei, quam adueniens infidelis in utroque operatur fidem, in uno quidem confirmando & perfectendo, alio de nouo creando. Unde potest dici, quod hoc est peccatum, quod disponit subiectum, quod gratia non causat fidem in eo qui habet: sicut econtrario secundum peccatum mortale non tollit gratiam ab eo, qui eam amittit per peccatum mortale praecedens. AD ILLUD dicendum, quod per hoc quod fides formata sit informis, non mutat ipsa fides, sed mutatur subiectum fidei, quod est anima, quod quadoque quidem habet fidem sine charitate, quod autem cum charitate.

ARTICVLVS V.

Utrum fides sit uirtus.

AD QUINTUM sic proceditur. Videtur quod fides non

Gl. interlin. ibid.

nonne sunt. Fides autem, & charitas non sunt connexae.
Ad primum dubium dicitur, quod arguens deceptus est non distinguendo inter virtutem intellectuales, & virtutem. Plus enim exigitur ad virtutem intellectuales, quam ad virtutem etiam intellectuales. Unde gratis conceditur, quod fides non est virtus intellectualis: quia non facit evidentiam in intellectu speculativo, in quo est. Cum hoc tamen fiat, quod est virtus intellectuales theologica, ponens intellectum in ultima perfectione, quam non est supernaturalem, habere in via eorum ex natura sua determinat infallibiliter intellectum ad verum, & bonum supernaturale eius obiectum, ac finem, quod est virtutem ad rationem pro statu isto. Et propterea fides, ut in littera dicitur, est simpliciter virtus, & non largo vocabulo.

fit uirtus. Virtus enim ordinatur ad bonum: nam uirtus est quae bonum facit habere, ut dicit Philosophus in 2.7. hic: sed fides ordinatur ad uerum. ergo fides non est uirtus.

¶ 2 Preterea. Perfectior est uirtus inuisibilis, quam acquisita: sed fides propter sui imperfectionem non ponitur inter uirtutes intellectuales acquisitas, ut patet per Philosophum in 6. Ethic. ergo multo minus potest poni uirtus inuisibilis.

¶ 3 Preterea. Fides formata, & informis sunt eiusdem speciei, ut dictum est: sed fides informis non est uirtus, quia non habet connexionem cum aliis uirtutibus. ergo nec fides formata est uirtus.

¶ 4 Preterea. Gratiae gratis datae, & fructus distinguuntur a uirtutibus: sed fides enumeratur inter gratias gratis datas, i. ad Corin. 12. & similiter inter fructus, ad Galat. 5. ergo fides non est uirtus.

SED CONTRA est, quod homo per uirtutes iustificatur, nam iustitia est tota uirtus, ut dicitur in 5. Ethic. sed per fidem homo iustificatur, secundum illud ad Ro. 5. iustificati ergo ex fide, pacem habemus &c. ergo fides est uirtus.

RESPON. Dicendum, quod sicut ex praedictis patet, uirtus humana est, per quam actus humanus redditur bonus: unde qui cumque habitus est semper principium boni actus, potest dici uirtus humana. talis autem habitus est fides formata. Cum enim credere sit actus intellectus assentientis uero, ex imperio uoluntatis, ad hoc, quod iste actus sit perfectus, duo requiruntur, quorum unum est ut infallibiliter intellectus tendat in suum bonum, quod est uerum. Aliud autem est, ut infallibiliter ordinetur ad ultimam finem, propter quem uoluntas assentit uero, & utrumque inuenitur in actu fidei formatae. Nam ex ratione ipsius fidei est, quod intellectus semper feratur in uerum, quia fidei non potest subesse falsum, ut supra habitum est. Ex charitate autem, quae format fidem, habet anima, quae infallibiliter uoluntas ordinatur in finem bonum: & ideo fides formata est uirtus. Fides autem informis non est uirtus, quia non habet perfectionem debitam ex parte uoluntatis. Sicut enim si temperantia esset in concupiscibili, & prudentia non esset in rationali, temperantia non esset uirtus, ut supra dictum est. Sed ad actum temperantiae requiritur actus rationis, & actus concupiscitiae: sicut ad actum fidei requiritur actus uoluntatis, & actus intellectus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ipsum uerum est bonum intellectus, cum sit eius perfectio. Et ideo in quantum per fidem intellectus determinatur ad uerum, fides habet ordinem in bonum quoddam: sed ulterius in quantum fides formatur per charitatem, habet etiam ordinem ad bonum, secundum quod est uoluntatis obiectum.

AD SECVNDVM dicendum, quod fides de qua Philosophus loquitur, innitur rationi humanae non ex necessitate concludenti, cui potest subesse falsum: & ideo talis fides non est uirtus. Sed fides de qua loquimur, innitur ueritati diuinae, quae est infallibilis, & ita non potest ei subesse falsum: & ideo talis fides potest esse uirtus.

AD TERTIVM dicendum, quod fides formata, & informis non differunt specie, sicut in diuersis speciebus existentes, differunt autem sicut perfectum, & imperfectum in eadem specie: unde fides informis cum sit imperfecta, non pertingit ad perfectam rationem uirtutis. Nam uirtus est perfectio quaedam, ut dicitur in 7. Physicorum.

AD QVARTVM dicendum, quod quidam ponunt, quod fides, quae connumeratur inter gratias gratis datas, est fides intellectualis, scilicet theologica, secundum quid, formata autem, simpliciter, ut dictum est.

In eodem articulo in corpore, & responsione ad secundum dubium occurrit ex Scot. in 3. sententia, dist. 13. uolente, quod fides inuisibilis non magis inclinatur ex parte habitus in non decipi, quam fides acquisita: quia non decipi, non se tenet ex parte habitus, nec ex parte assensus quem facit, sed ex parte obiecti, secundum quod obiectum, cui assentit, uere uel false praesentatur.

Aut, quod hoc est uerum, sed non probat probandum, quia credens non significat actum intellectus absolute, sed ut moti a uoluntate. Et propterea licet credere, prout spectat ad intellectum, non sit perfectius simpliciter, tamen est perfectius non per accidens, uel actus opinionis in habente charitatem, sed per se, quia est actus

per se pendens a uoluntate. Et licet charitas, & eius actus extra fidem, & eius actum finit tamen quod actus fidei ab actu charitatis habet, non est extrinsecum ab ipso, sed constituit ipsum in esse uirtutis actus. Et similiter id, quod subiectum fidei, scilicet intellectus motus a uoluntate, habet a charitate, non est extra subiectum fidei, sed constituit ipsum in statu subiecti uirtutis simpliciter. Nec est simile de opinione, & eius actus: quia bonum concipitur ex causa integra, opinio autem non est infallibiliter ad uerum, ut solus status uirtutis ei desit. Et per hoc patet responsio ad secundum: quia fidei quod ad actum intrinsecum non dependere a charitate, potest dupliciter intelligi. Primo, absolute: & sic est uerum. Secundo, in esse perfecto: & sic est falsum. Quemadmodum enim actus temperantiae quod ad esse perfectum intrinsecum, dependet a prudentia, quia est actus concupiscibilis, ut subest rationi: ita actus fidei, quod ad esse perfectum simpliciter, dependet a charitate, quia est actus intellectus, ut subest uoluntati. Et nihil facit ad hoc mutua connexio, quam obicit Durandus. Dependens in causa est, non connexio. Per accidens enim connexio ad propositum concurrat. Cum his tamen tene, quod fides informis est uirtus secundum quid, quia est semper principium actus boni infra latitudinem intellectus, quia non est nisi ueri. Quia tamen non est euidens, ideo non est uirtus intellectualis. sed theologica, secundum quid, formata autem, simpliciter, ut dictum est.

¶ 1. q. 58. ar. 4. & q. 67. ar. 1.
¶ 2. q. 58. ar. 6. & q. 67. ar. 1.

¶ 3. q. 58. ar. 6. & q. 67. ar. 1.

¶ 4. q. 58. ar. 6. & q. 67. ar. 1.

¶ 5. q. 58. ar. 6. & q. 67. ar. 1.

¶ 6. q. 58. ar. 6. & q. 67. ar. 1.

¶ 7. q. 58. ar. 6. & q. 67. ar. 1.

infortis. Sed hoc non conuenienter dicitur, quia gratie gratia datur, quae ibi enumeratur, non sunt communes omnibus membris ecclesie. Vnde Apostolus ibi dicit. Diuisiones gratiarum sunt. Et iterum. Alii datur hoc, alii datur illud. Fides autem infortis est communis omnibus membris Ecclesie: quia infortis non est de substantia eius secundum, quod est donum gratuitum. Vnde dicendum est, quod sumitur ibi pro aliqua fidei excellentia, sicut pro constantia fidei, ut dicitur in primo sermone fidei. Fides autem ponitur fructus, secundum quod habet aliquam delectationem in suo actu ratione certitudinis. Vnde ad Galath. 5. ubi enumeratur fructus, exponitur fides, de inuisibilis certitudo.

ARTICVLVS VI.

Vnum fides sit una uirtus.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod non sit una fides. Sicut enim fides est donum Dei, ut dicitur ad Ephes. 5. ita etiam sapientia, & scientia inter dona Dei computantur, ut patet Isa. 6. sed sapientia & scientia differunt per hoc, quod sapientia est de eternis, scientia uero de temporalibus, ut patet per August. 13. de Trini. cum ergo fides sit de eternis, & de quibusdam temporalibus, uidetur quod non sit una fides, sed distinguatur in partes.

¶ 2 Præterea. Confessio est actus fidei, ut supra dictum est: sed non est una, & eadem confessio fidei apud omnes. nam quod nos confitemur factum, antiqui patres confitebantur futurum, ut patet Isa. 7. Ecce Virgo concipiet. ergo non est una fides.

¶ 3 Præterea. Fides est communis omnibus fidelibus Christianis: sed unum accidens non potest esse in diuersis subiectis. ergo non potest esse una fides omnium.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Ephes. 4. Vnus Dominus, una fides.

RESPON. Dicendum, quod fides, si sumatur pro habitu, dupliciter potest considerari. Vno modo ex parte obiecti, & sic est una fides. Obiectum enim formale fidei est ueritas prima, cui etiam inherendo credimus quæcunque sub fide continentur. Alio modo ex parte subiecti, &

sic fides diuersificatur secundum quod est diuersorum. Manifestum est autem, quod fides, sicut & quilibet alius habitus, sicut formalis ratio obiecti habet peculiaritatem, sed ex subiecto indiuertitur, & ideo si fides sumatur pro habitu quo credimus, sic fides est una species, & differens numero in diuersis. Si uero sumatur pro eo quod creditur, sic etiam est una fides, quia idem est quod ab omnibus creditur: & si sunt diuersa credibilia, que communiter omnes credunt, tamen omnia reducuntur ad unum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod temporalia que in se de proponuntur, non pertinent ad obiectum fidei, nisi in ordine ad aliquod æternum, quod est ueritas prima, sicut supra dictum est. Et ideo fides una est de temporalibus, & æternis: scilicet autem est de sapientia, & scientia, quæ considerant temporalia, & æterna secundum proprias rationes utrorumque.

AD SECVDVM Dicendum, quod illa differentia præteriti, & futuri non contingit ex aliqua diuersitate rei creditæ, sed ex diuersa habitu in credentium ad unam rem creditam, ut etiam supra habitum est.

AD TERTIVM Dicendum, quod illa ratio procedit ex diuersitate fidei secundum numerum.

ARTICVLVS VII.

Vnum fides sit prima inter uirtutes.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quod fides non sit prima inter uirtutes. Dicitur. n. Luc. 12. in * glof. super illud. Dico uobis amicis meis, quod fortitudo est fidei fundamentum: sed fundamentum est prius eo, cuius est fundamentum. ergo fides non est prima uirtus.

¶ 2 Præterea. Quædam glossa dicit super illud * psalmum. Noli æmulari, quod spes introducta ad fidem: spes autem est uirtus quædam, ut infra dicitur. ergo fides non est prima uirtutum.

¶ 3 Præterea. Supra dictum est, quod intellectus credentis inclinatur ad assentiendum his, que sunt fidei, ex obedientia ad Deum: sed obedientia est etiam quædam uirtus. non ergo fides est prima uirtus.

¶ 4 Præterea. Fides infortis non est fundamentum: sed fides formata, sicut

Glof. intellectus ibid.

9. dist. 29. q. 2. art. 4. q. 2. Et 4. di. 1. q. 3. art. 2. q. 3. cor. Et ultra. 1. q. 3. art. 2. Et Ro. 1. 12. 7. n. & loc. 6. Et secunda cor. 4.

ca. 19. tom. 9 q. 3. arti.

Super quæst. quar. articulum sextum.

In titulo artic. 6. est sermo de unitate per se, & simpliciter habitus, que est unitas speciei specialissima. Unitas. n. generica est secundum quid, & unitas numeralis est per accidens, hoc est. per aliu. 1. per subiectu. In corpore articulo dubium ex Soto

Ad hoc dicitur, qd sermo presentis articuli est de uirtutibus simpliciter, ut si sunt dispositiones perfecti ad opimum simpliciter. Deum, ut obiectum beatitudinis patre celestis, & no vt virtutes in genere, quemadmodum in precedenti libro dictum est. Et inter uirtutes simpliciter oportet distinguere, ut in littera s. quod per se fides est prior ceteris. Per accidens autem alique earum, imperfete tamen ratione uirtutis habentes, ut aliquoties disponunt ad opimum simpliciter, procedunt ut remouentes prohibes. Et sic nihil superfluit, & theologus sermo de uirtutibus formalis inuenitur.

gibilibus finis sit principium, ut supra * dictum est, necesse est uirtutes theologicas, quarum obiectum est ultimus finis, esse priores ceteris uirtutibus. Ipse autem ultimus finis oportet, quod prius sit in intellectu, quam in uoluntate: quia uoluntas non fertur in aliquid, nisi prout est in intellectu apprehensum. Vnde cum ultimus finis sit quidem in uoluntate per speciem & charitatem, in intellectu autem per fidem, necesse est qd fides sit prima inter oes uirtutes: quia naturalis cognitio non potest attingere ad Deum sicut quod est obiectum beatitudinis, prout tendit in ipsum spes & charitas: sed per accidens potest aliqua uirtus esse prior fide. Causa n. per accidens, est per accidens prior. Remouere autem prohibes pertinet ad causam per accidens, ut patet per * Philosophi in 8. Physi. & sicut hoc alique uirtutes sunt dicuntur priores fide, in quantum remouent impedimenta erediendi: sicut fortitudo remouet inordinatum timorem impediens fidem: humilitas autem superbia, per quam intellectus recusat se submittere ueritati fidei, & fide potest dici de aliquibus aliis uirtutibus, quamuis non sint ueracitates, nisi supposita fide, ut patet per * Augustinum in libro contra Iulianum. Vnde patet ratio ad primum.

AD SECUNDUM dicendum, qd spes non potest in uoluntate introducere ad fidem. Non enim potest spes haberi de eterna beatitudine, nisi credatur possibile, quia impossibile non cadit sub spe, ut ex supra * dictis patet: sed ex spe aliquis introduci potest ad hoc, quod perseueret in fide, uel quod fidei firmiter adheret, & secundum hoc dicitur spes introducere ad fidem.

AD TERTIUM dicendum, quod obedientia dupliciter dicitur. Quandoque n. importat inclinationem uoluntatis ad implendum diuina mandata, & sic non est specialis uirtus, sed generaliter includitur in omni uirtute: quia omnes actus uirtutum cadunt sub preceptis legis diuinae, ut supra * dictum est. & hoc modo ad fidem requiritur obedientia. Alio modo potest accipi obedientia secundum quod importat inclinationem quantum ad implendum mandata, secundum quod habent rationem debiti: & sic obedientia est specialis uirtus, & pars iustitiae. Redditur superiori debitum, obediendo sibi. Et hoc modo obedientia sequitur fidem, per quam manifestatur ho-

mini, quod Deus sit superior, cui debeat obedire.

AD QUARTUM dicendum, qd ad rationem fundamenti non solum requiritur, quod sit primum, sed etiam quod sit aliis partibus edificii conexum. Non enim esset fundamentum, nisi ei alie partes edificii cohererent. Connexio autem spiritualis edificii est per charitatem, secundum illud Col. 3. Super omnia charitatem habentes, que est uinculum perfectionis. & ideo fides sine charitate fundamentum esse non potest, nec tamen oportet quod charitas sit prior fide.

AD QUINTUM dicendum, quod actus uoluntatis preexigitur ad fidem, non tamen actus uoluntatis charitate informatus: sed talis actus presupponit fidem, quia non potest uoluntas perfectio amore in Deum tendere, nisi intellectus rectam fidem habeat circa ipsum.

ARTICULVS VIII.

Utrum fides sit certior scientia, & alijs uirtutibus intellectualibus.

AD OCTAVUM sic proceditur, Videtur qd fides non sit certior scientia, & alijs uirtutibus intellectualibus. Dubitatio. n. opponitur certitudini: unde vbi illud esse certius, quod minus potest habere de dubitatione, sicut est albus, quod est nigro impermixto, sed intellectus, & scientia, & etiam sapientia non habent dubitationem circa ea, quorum sunt. Credens autem interdum potest pati morum dubitationis, & dubitare de his que sunt fidei: ergo fides non est certior uirtutibus intellectualibus.

¶ 2. Præ. Visio est certior auditu: sed fides est ex auditu, ut dicitur ad Ro. 10. in intellectu autem, & scientia, & sapientia includitur quædam intellectualis uisio. ergo certior est scientia, uel intellectus, quam fides.

¶ 3. Præ. Quanto aliquid est perfectius in his, que ad intellectum pertinent, tanto est certius: sed intellectus est perfectior fide, quia per fidem ad intellectum peruenitur, sicut illud Isai. 7. Nisi credideritis, non intelligetis, secundum aliam litteram. Et * Augustinus dicit etiam de scientia 14. de Trinitate. quod per scientiam roboratur fides: ergo uidef quod certior sit scientia, uel intellectus, quam fides.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Thessal. 2. Cum accepissetis a nobis uerbum auditus, sicut per fidem: accepistis id non ut uerbum hominum, sed sicut uere est, uerbum Dei: sed nihil certius uerbo Dei: ergo scientia non est certior fide, nec aliquid aliud.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra * dictum est, uirtutum intellectualium duæ sunt circa contingentia. s. prudentia, & ars quibus præfertur fides in certitudine, ratione

Super questio. quarta articulum octauum.

IN articulo 8. dubium occurrit ex Durando, in tertio sententiarum, distinctione vigesima tertia, quæstione quarta, arguente directe contra distinctionem in littera factam de certitudine secundum se, & quod ad nos applicatam ad propositum, quod fides est certior secundum se, intellectu, sapientia, & scientia: Hæc autem sunt certiora quod ad nos. Contra, inquit, primo: quia distinctio ista habet locum in obiectis, ut patet secundo Metaphysicæ: non autem in habitibus, & actibus. ergo. Assumptum probatur quod ad secundam partem: quia habitus est dispositio habentis, & actus est perfectio eius in ordine ad obiectum. non est ergo certior habitus, aut actus, nisi per quem obiectum sit certius habentis, quamuis possit dici nobilior ex solo obiecto. Probatur hæc sequela, quia certitudo actus, uel habitus penes modum, quem ponit, circa habentem attenditur, non penes obiectum, ut patet ex proemio de anima, ubi certitudo distinguitur contra nobilitatem obiecti: alioquin coinciderent, & omnis scientia nobilior esset certior.

¶ Præ. Certius est, quod est dubio impermixtum: sed scientia

3. dif. 29. q. 2. art. 2. q. 1. Et 3. contra ca. 154. Et uerbi q. 10. ar. 12. ad 15. Et lo. 4. lect. 1. hinc.

Li. 14. de trinitate ca. 8. medio.

12. q. 77. ar. 4. ad 1.



tia uerè &c. est dubio impermissior . ergo .

q. 97. art. 8. ad 7.

lib. 6. Eth. c. 5. 6. & 7. tom. 5.

¶ Præterea. Scientia beatorum certior est fide nostra . sed non ex parte obiecti . quia idem est ergo ex parte modi . quo intellectus attingit Deum . ergo certius est scire Deum . quam credere Deum . quod est contra literam .

¶ Ad hæc dicitur . quod iste bonus homo noluit intelligere rationes terminorum in litera positas . & propterea errans in fundamento . ruit ex toto . Certitudinem namque secundum se non diffiniuntur author penes obiectum . sed penes causam . Et bene dixit . quia commune est omni certiori secundum se ex sua causa esse certius . Separata namque a sua materia ex sua causa formali . uel quasi causa formali certissima dicuntur secundum se . Habitus autem . & actus certitudinem habent ex suis causis . Et in litera patet . non ex certitudine obiecti . uia fides certior secundum se dicitur . sed ex certitudine mediij . quod causat fidem . & actus eius . Unde ad primum argumentum dicitur . quod hæc distinctio non solum in obiectis . sed in habitibus . & actibus locum habet . Et ad probationem in contrarium dicitur . quod certitudo habitus . & actus attenditur quoad obiectum . ut patet in litera ex hoc . quod ars . & prudentia quæ sunt circa possibile aliter se habere . sunt minus certe scientia & intellectu habitibus . circa necessaria . quandoque autem attenditur penes causam . & non oportet . quod attendatur semper penes modum cognitionis . quem de facto habet cognoscens . penes modum siquidem istum attenditur certitudo quod ad nos . Unde fides infusa ex merito priorij mediij . scilicet ueritatis diuine . na-

suæ materia . quia est de æternis . quæ non contingit aliter se habere . Tres autem reliquæ intellectuales uirtutes . scilicet sapientia . scientia . & intellectus sunt de necessariis . ut supra dictum est . Sed sciendum est . quod sapientia . & scientia . & intellectus . dupliciter dicuntur . Vno modo . secundum quod ponuntur uirtutes intellectuales a philosopho in 6. Eth. Alio modo secundum quod ponuntur dona Spiritus sancti . Primo modo . dicitur esse . quod certitudo potest considerari dupliciter . Vno modo ex causa certitudinis . & sic dicitur esse certius . quod habet certiore causam . & hoc modo fides est certior tribus prædictis . quia fides innititur ueritati diuinæ . tria autem prædicta innituntur rationi humanæ . Alio modo potest considerari certitudo ex parte subiecti . & sic dicitur esse certius . quod plenius consequitur intellectus hominis . Et per hunc modum . quia ea . quæ sunt fidei . sunt supra intellectum hominis . non autem ea . quæ sub sunt tribus prædictis . ideo ex hac parte fides est minus certa . Sed quia unum quodque iudicatur simpliciter quidem secundum causam suam . secundum autem dispositionem . quæ ex parte subiecti est . iudicatur secundum quid . inde est . quod fides est simpliciter certior . sed alia sunt certiora secundum quid . scilicet quod ad nos . Similiter autem . si accipiantur tria prædicta . secundum quod sunt dona præsentis uitæ . cooperantur ad fidem sicut ad principium . quod præsupponit . unde etiam secundum hoc fides est certior .

AD PRIMVM ergo dicendum . quod illa dubitatio non est ex parte causæ fidei . sed quod ad nos . in quantum non plene assequimur per intellectum ea . quæ sunt fidei .

AD SECUNDVM dicendum . quod cæteris paribus . uisus est certior auditus . sed si ille a quo audit . multum excedit uisum uidentis . sic certior est auditus . quam uisus . Sicut aliquis paruæ scientiæ magis certificatur de eo . quod audit ab aliquo scientifico . quam de eo . quod sibi secundum suam rationem uidetur . Et multo magis homo certior est de eo . quod audita Deo . qui falli non potest . quam de eo . quod uidet propria ratione . quæ falli potest .

AD TERTIVM dicendum . quod perfectio intellectus . & scientiæ excedit cognitionem fidei quantum ad maiorem manifestationem . non tamen quantum ad certiore in hæsiōnem . quia tota certitudo intelle-

Etus . uel scientiæ . secundum quod sunt dona . procedit a certitudine fidei . sicut certitudo cognitionis conclusionum procedit ex certitudine principiorum . secundum autem quod scientia . & sapientia . & intellectus . sunt uirtutes intellectuales . innituntur naturali luminari rationis . quod deficit a certitudine . & a uerbo Dei . cui innititur fides .

QVAESTIO V.

De habitibus fidem . in quatuor articulis diuisa .

DEINDE considerandum est de habitibus fidem . Et circa hoc queruntur quatuor .

¶ Primo . Vtrum angelus . aut homo in prima sui conditione habuerit fidem .

¶ Secundo . Vtrum dæmones habeant fidem .

¶ Tertio . Vtrum hæretici errantes in uno articulo fidei . habeant fidem de aliiis articulis .

¶ Quarto . Vtrum fides habetium unum alio habeat maiorem fidem .

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum angelus . aut homo in prima sui conditione habuerit fidem .

AD PRIMVM sic proceditur . Vnde . quod angelus . aut homo in sua prima conditione fidem non habuerit . Dicit enim Hugo de sancto Victore . in suis sententiis . quod quia homo oculis contemplationis non habet apertum . Deum . & quæ in Deo sunt . uidere non ualeat . sed angelus in statu suæ primæ conditionis ante confirmationem . uel lapsum habebat oculum cōtemplationis apertum . Videbat enim res in uerbo . ut Augustinus dicit in secundo super Gen. ad literam . Et similiter primus homo in statu innocentie uidetur habuisse oculum contemplationis apertum . Dicit enim Hugo de sancto Victore in suis sententiis . quod nouit homo in primo statu Creatorem suum non ea cognitione . qua foris auditu solo percipitur . sed ea . quæ intus per inspirationem ministratur . non ea qua Deus modo a credentibus absens fide quaeritur . sed ea . qua per presentiam cōtemplationis manifestus cernebatur . ergo homo . uel angelus in statu primæ conditionis fidem non habuit .

¶ 2. Præterea . Cognitio fidei est æternis . & securis . secundum illud primæ ad Corin-